



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

6. De perseverantia in oratione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

*Dominus ad Samuëlem: Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi. Verumamen contestare eos, & predic eis ius Regis, qui regnaturus est super eos. Filios vestros tollet, &c.*

Nómine itaque melius non accepisse?

*Luc. 15.  
Orans mala  
bonum non  
exandri.  
Ambros.*

O quam consequitus esset utilitatem prodigus, si efflagitaram non obtinueret substantiam! Non abiisset certè in regionem longinquam dissimilitudinis Dei, ut loquitur August. neque vixisset luxuriose. Nec putes culpam patris, quod adolescentiori dedit, inquit Ambros. Nulla Dei regno infirma ætas, nec fides gravatur annis. Ipse certè se judicavit idoneum, qui poposcit. Utinam, utinam non recesserat à parte impedimentum nescientis etatis.

*Num. II.  
Aug. tract. 73.  
in Ioan.*

Quantam & filii Israel, si concupitas carnes non habuissent? De qua concupiscentia Aug. Malè usus eo, quod vult accipere, Deo potius miserante non recipit, proindeque si hoc ab illo petitur, unde homo ledatur exauditus, magis metuendum est, ne qui possit non dare propitiis, derelictus. Fastidiebant, quod habebant, & quod habebant, impudenter petebant, quasi non melius peterent, non ut cibus, qui deerat, indecenti desiderio praestaretur, sed ut ille, qui aderat, sanato fastidio sumeretur. Melius dicere non poterat. Satis illis fuisse carnes non obtinuisse: nam Adhuc esse eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, ut inquit David; velut est in eodem Num. libro: *Adhuc carnes erant in dentibus eorum, & ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis. Vocabusq; est ille locus, sepulchra concupiscentiae. Obiter.*

*Psal. 77.*

*Psal. 38.  
I Ia. 2.4.*

O quot hodie helluones visitant hæc sepulera! Hi sunt, qui cum non fuerint saturati, murmurabant. Et super vino erit clamor in plateis, si vinum non sit amabile. Hi cogunt Moysen ad Dominum clamare: Non possum sustinere onus populi.

Et notanda duo. Unum, Moysen tunc sensisse Superioris onus, cum populus fastidivit manna, quod erat sua vissimum, & coturnices concupivit: hæc sunt, ferè dixerim, insupportabilia onera Superiorum. Alterum, nunc Moysen non orasse

A. pro hac inordinata concupiscentia, ue- lias oravit pro peccato vituli. Quærit Burgensis, cur Moyses non fuerit Dominus deprecatus pro desiderio carnium, ut fuerat deprecatus pro peccato vituli? Re. spondet cum Aug. 7. Conf. quod concupiscentia, si ei satisficeret, majus robur accipit: Noluit ergo orare, ne concupiscentia indulgeretur: at Dominus ipse dedit; sed in poenam, &c. Permisit Moyses, ut Deus

B. concederet, quæ concupierant, ut poena correcti, qui reliqui essent, ulterius non concupiscerent, &c.

Plerunque non exaudimur, quia exaudi- diri non meremur: impertinentia peti. D. Gregor. in mus, indigna postulamus. Domine, ante te Psal. paenit. omne desiderium meum. q. d. ait Greg. Ta- Oratio rerum le est desiderium: meum ut sit dignum futurum in- spectu tuo, hoc est, nihil omnino de- digna Deo. fidero, quod pudet a te postulare, à quo non nisi digna postulanda sunt. Taliū exaudiuntur petitiones, qui dicere pos- sunt: Domine, ante te omne desiderium meum, omnes petitiones meæ, non enim sunt petitiones pueriles cęparum, aut aliorum Ægypti, aut contumicium, sed gratiæ tuæ, &c.

### De perseverantia in oratione:

### PVNCTVM. VI.

**N**on quia non exaudimur, citò debe- 3. Reg. 18. mus ab oratione cessare, sed perse- verare opus est, ac insistere. Ut clauderet cælum Elias, subito exauditus: Ut autem aperiret, ac pluviam obtineret, oravit primò, & nihil obtinuit, secundò prostra- tus oravit, misitque puerum, ut videret, an nubes aliqua appareret, & cælum sere- num erat: oravit tertio, & ne gutta quidem. Quid! Adhuc oras? Utique quartò, quintò, sextò, septimò. In septima autem vice, ecce nubecula parva, quasi vestigium hominis, ascendebat de mari, &c. Et facta est pluvia grandis. Sed quid sibi vult vestigium? Elias videt. Cur pluvia in vestigio? Denotat hanc nubeculam orationis perseverantiam, & commendat in vestigio, fidu- Quo mysterio?

*Educiam: quia et si Deum non videoas ve-*  
*nientem, venit tamen, & currit: jamdu-*  
*dum cedit, ac incedit pluvia, quam petis:*  
*ora, ora, primò, secundò, tertidò, quartidò,*  
*quintidò, sextidò, septimidò, & semper ( hoc*  
*fibi vult septies in Scriptura) & semper*  
*obtinebis.*

*Salmer. b.p.*  
*prolog. 20.*

*D. Basil. in*  
*const. monast.*  
*D. Aug. ser. de*  
*verbis Domini*

*Etsi mensis præterit, et si*  
*annus, et si triennium, & quadriennium,*  
*actiter perseverato tamen, donec impe-*  
*tres. Sic August. Cum aliquando tardius*  
*dat, commendat dona, non negat. Diu*  
*desiderata dulcius obtinentur: citò au-*  
*tem data vilescunt. Pete, quare, insta, pe-*  
*tendo, & querendo crescis, ut capias. Ser-*  
*vat tibi Deus, quod non vult citò dare: ut*  
*& tu discas, magna magnè desiderare. Sic*  
*Chrysol. de eo, qui medià nocte impor-*  
*tunè surrexit, ut plures panes peteret ab*  
*amico: O quām negare noluit, ait Chrysol.*  
*qui sibi eriam neganti, qualiter extor-*  
*queretur ostendit!*

*D. Chrysol.*  
*serm. 39.*

*Num. II.*  
*Psal. 80.*  
*Beneficiorum*  
*premium ex fa-*  
*cilitate, vel*  
*difficultate*  
*obtinens.*

*Totum vetum. Et confirmatur hæc*  
*sententia D. Augustini. Quām facile ob-*  
*tentum citò manna viluit, & aqua deside-*  
*rata ut dulcius fuit! Et de petra melle satu-*  
*ravit eos. Nunquam legimus, mel fluxisse*  
*de petra; sed benè novimus largissimas*  
*aquas inde fluxisse. Quid est, quod aqua*  
*mel visa est? & manna habens omne de-*  
*leictamentum, & omnem saporem suavi-*  
*tatis, stomachum, ac nauicam provoca-*  
*vit? nisi quia ad primam postulationem*  
*manna concessum est; aqua verò diutius*  
*desiderata est, & post longum desiderium*  
*mel visa est?*

*Gen. 25.*

*Ob gustum præterea orationis vult*  
*Deus exorari diutius. Deprecatusque est*  
*Isaac Dominum pro uxore sua, et quod esset ste-*  
*rilis, & audivit eum, & dedit conceptum Re-*  
*becca. Quantotempore orasse, opinami-*

*D. Chrysibid.*

*Isaac perseve-*  
*ranter oravit.*  
*Oleast. ex Heb.*

*Viginti annos. Clavis id colligit Chrys-*  
*ex eo, quod Isaac fuisse narratur quadra-*  
*ginta annorum, quando duxit Rebeccam,*  
*& postea dicitur: Erat autem Isaac annorum*  
*sexaginta, quando peperit Rebecca. Unde ma-*  
*nifestum est, quod viginti annis perseve-*  
*ravit orando. Quamobrem Oleaster tran-*  
*stulit ex Hebr. Multiplicavit Isaac preces,*  
*vel iteravit orationem. Itaque, subdit*  
*Chrys. si justus ille ita virtute prædictus,*

*A & tantam apud Deum gratiam habens,*  
*tantam præ se tulit constantiam, & stu-*  
*dium, continuò Deum orando; quid di-*  
*cemus nos, qui tantis peccatorum oneri-*  
*bus premimur? Sed et si aliquid benè ege-*  
*rimus, statim torpescimus, & resiliimus, diu audiat,*  
*nisi statim exaudiatur. Viginti annis, & non citò exsu-*  
*constantiam, Domine! qui tamdiu gra-*  
*tiam concessurus suspendis? qui tamdiu*  
*differe potes? præ g̃istu orationis?*

*B Sic mater exauditur filium, surdam D. Chrys. hom.*  
*se singit, ut ille preces multiplicantur, & ut de profectu*  
*illum diutius apud se detinatur, dedita o. Evangel.*  
*perā cunctatur aliquid dare. Chrysol. Sic Chrysol.*  
*se Deus dormire dissimulat: sic Deus mo- Psal. 43.*  
*ratur, ut anima clamet. Exurge, quare ob-*  
*dormis, Domine, exurge, &c.*

*C D. Anselmus: Non differs, quod nolis D. Ansel. de*  
*dare, (cum Deo loquitur) sed ut aucto de- mansu. Crucis,*  
*siderio, abundantius possis dare. Item: & lib. ment.*  
*Differs dare, ut doceas petere: dissimu-*  
*las audiare perentem, ut facias perseve-*  
*rantem.*

*Ut benè actum cum Chananaeis tories*  
*repulsā, ac rejectā, cuius importunam*  
*vociferationem cum ferre non possent,*  
*dicebant Apóstoli: Dimitte eam, quia clama-*  
*mat post nos. Verē Chananaeis, quod est jux-*  
*tā Hieronym. negotiatrix: quia nimirūm*  
*patientiā, ac perferentiā tam benè pro*  
*salute filiæ negotiata est.*

*Sunamitis illa ad Elisci pedes provolu-*  
*ta, eisdemque tenens, ac constringens,*  
*magna fiducia, ac spiritus efficacia dice-*  
*bat: Vivit Dominus, & vivit animaria. 4. Reg. 4.*  
*&c. Sicque perseverans filium redivi-*  
*vum accepit. Ita fidelis anima ad Cruci-*  
*fixi pedes, &c. vel cum Sunamidine, vel*  
*cum Jacob: Non dimittam te, nisi benedixe- Gen. 32.*  
*ris mihi, nisi hanc mihi gratiam concessse-*  
*ris, &c.*

*E Jacobus: Qui habitat, similis est fluctui Iacob. 5.*  
*maris, qui a vento moveatur. & circumsurgit. Schol. Græc.*  
*Scholia Græca: Qui habitat, non satis sibi*  
*constans, quidam postuleat, ac propemodum*  
*nihil perseverans in postulatione, statim re-*  
*cedit.*

*In Psalmo, ubi nos legimus: Sanctimo- Psal. 95.*  
*nia, & magnificientia in sanctificatione ejus. D. Hieron.*  
*D Hieronym. transfert ex Hebre. Forti-*  
*tudo, & exultatio in sanctuario ejus. San-*  
*tis. &c.*

E 2 Etiam

Orationis co-  
mes sit fortis-  
tudo.

Isa. 35.

Luc. 6.  
D. Ambros.

In Vita Patrii.

Orare perseve-  
rante solito-  
rum exempla.

Theod. apud  
Rosveydum,  
4.8.c. 26.

Ioan. Mos. 4-  
pudeundem  
Rosul. 10.c.  
105.

Hier. ad Eust.

Et uarium est locus orationis, quam semper comitari debet fortitudo ad incessanter orandum, & nunquam deficiendum, & cordis exultatio, quam sentimus, dum perseveramus, assiduique in oratione sumus. Non sunt haec fortitudine praediti, neque hac cordis exultatione, qui mox tedium affecti surgunt, & cessant ab oratione. His dicitur per Prophetam: Et genua debilia roborate.

Ambros. ad illud: *Et erat pernoctans in oratione Dei. Species, inquit, tibi, Christiane, datur, forma proscriptibitur, quam debeas aemulari. Quid enim te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat?*

Quam id bene intellexerunt Sancti! Angelus ad Posthumium: Fige, Posthumi, genua tua in terra, & faciem tuam ad Orientem, & tunc dabitur tibi a Deo, quemadmodum possis orare. Ubi expende illud, fige: Ei etenim, qui bene genua figit, dat principem Deus, quemadmodum possit orare.

Dicebant de Abbatे Arsenio, quia vespera Sabbathi lucecente Dominicā relinquebat post se Solem, & extendebat manus suas ad cælam orans, donec mane die Dominicō illustraret ascendens Sol faciem ejus. Idem de Beato Antonio scribit Callianus. Mira in utroque orationis perseverantia.

Simeon Styles (authore Theodoro) plurimas quotidie Deo offerebat adorations. Semel (inquit Theodorus) quidam ex iis, qui mecum erant, cum enumerasset mille, & ducentas, & quadragesita quatuor, deinde lapsus esset, destitutus namerare. Semper autem se inclinans, prope digitos pedum frontem admovebat.

Idemmet iuge orationis, ac adorantis studium coluit Christophorus, qui singulis diebus sese exercens in regulari psalmodia, nocte quin etiam singula centies electebat genua.

De Sancta Paula Hieronymus: Jugi- bus penè orationibus dies, noctēq; jun- gebat. At q; anti non solum viris, sed er- iam feminis assiduitas orandi callum genibus obduxit: Non erant, non erant ii-

A. delicate orantes, quibus dici oporteret: Et genua debilia roborate, sed fortes, sed perseverantes erant in oratione.

David: *Manibus meis nocte contra eum. Psal. 76.* Hieronym. *Manus mea nocte extenditur, & Hieronymus non quietit.* Symm. apud Theod. *Manus Symmachus mea nocte continuè extensa est.* Quid miratur, si subdit: *Et non sum deceptus?* Joan. 5.

O quam Deo pergrata est hæc in oratione perseverantia! Quid in causa fuisse putatis, ut inter tot languidos, solum Dominus coniceret oculos in languidum, qui triginta octo annos ibidem expectarat? Quid, quæso, erat in eo languido, paralyticus apud quod Christi oculos attraheret? Erat per-piscinam. severantia hæc. Sic Hugo Carenensis ad illa verba: *Hunc cum vidisset Iesus jacentem. Vixit hæc compassionem, notat ex confidatis circumstantiis infirmatis, & patientiæ ægroti: per tot annos nunquam desperasse, nunquam legitur conquestus, nunquam vel semel interrogasse: Quando laborabo? sed ibi perseveravit Deum orans, ut descendente Angelo, ubi aqua morta esset, mitteretur in piscinam, & si Deo placuerit, sanaretur.* O quam paucis in schola Sacramentorum, orationis domo, gymnasio doctrinæ sic patientes, sic perseverantes invenias! ô quam multi clamitant ob impatientiam: Me illuc deferre, huic me reducere, à cubiculo incubiculum, & à cubili in aliud. Quando cubabor? Nec in alia tres dies Deum organo.

Chrysostomus: Pudeat nos, & incredibilem sociordiam nostram deploremus Triginta, & octo annos ille expectaverat continuos, nec ejus implerum est desiderium nec id culpæ, aut negligentiæ ejus factura est; nec propter eam desperavit. Nos autem si vel decem dies orationibus invigilantes non exaudimur, jam tepercimus: *Oculi nostræ ad Dominum Deum nostrum (quo usque, ô Propheta? Per decem, aut viginti dies?) donec miserentur nostri.* Psal. 12.2.

D. August. Desiderium differtur, ut crescatur, & crescat, ut capiat: desiderando enim extendit Deus animum, & extendendo facit capaciorem. Et in hunc sensum interpretatur locum Psalmi: *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudiens, & nocte, &c.*

Hoc

Cant. 2.

D. Greg. 4.  
mor. 4.D. Bern. serm.  
76. in Cant.

Matth. 15.

Hoc idem accidit Sponsæ: *In lectulo meo per noctem quæ servī, quem diligit anima mea, quæ servī illum, & non inveni. Abscondit se Sponsus*, ait Greg. ut non inventus ardentius queratur, & differtur quærens Sponsa, ne inveniat, ut tarditate suâ capacior reddit, multipliciter quandoque inveniat, quod quæret. O bonum sui difusivum! ô anima, expande sinus! Sic Bernh. ad illa verba, *Reverte te, &c.* Non est, inquit, reveritus Sponsus ad vocem, & votum revocantis Sponsæ, cùm dixit: *Reverte te dilecti mihi. Quare? Ut desiderium crescat, ut probetur affectus, ut exerceatur negotium amoris.* Hinc ista, quæ amat, facta cupidior, mox sese ad requiriendum totâ aviditatem dedit. *Quod enim hoc desiderii est, & ardoris, ut surgens de nocte, publicum non erubescat, percurrat civitatem, percunctetur palam, & paſſim de delicto, atque à vestigandis semi-tis ejus nullâ valeat ratione averri, nullâ præpediri difficultate, non tempestivæ retineri amore quietis, non Sponsi verecundiâ, non vel timore nocturno?* &c. Trahebatur à Sponso.

Hoc idem in Chananaæ illa de qua discipuli ad Dominum: *Dimitte eam, quis, &c. Quis eam tenebat?* Non certè Christus? Immò illa precibus tenere, & remorari conabatur Christum: sed revera Christus eam tenebat. *Quod si secus fuisset, cùm clamabat, & non exaudiabatur, cum procedebat, & repellebatur, cùm adorabat, & objurgabatur, penitus desperasset, nisi eam fide renuisset, firmasset spe, & charitate ligasset.*

### De attentione, & recollectione cordis in oratione.

### PVNCTVM VII.

D.Thom. 2.  
2. q. 85, art. 13.

**D**istinguunt attentionem omnes, in specie D Thom. 2.2. in actualē, & virtualem. Ubi præterea triplicem facit orationis effectum, meritorium, imperatorium, consolatorium, utilius ver-

A bis loquamur. Pro duobus primis, inquit

D. Thom. sat est virtualis attentio, pro tertio vero, qui est mentis refectio, seu sapor quidam, & animæ consolatio, requiritur actualis: utraque si desit, non solū oratio non est imperatoria, vel metitoria, sed potius, ut benè dicit Basil.

Deum irritat. Quare de eo, qui oscitanter, & distractè orat, dictum est: *Et oratio eius fiat in peccatum.* Non in peccato, ait, sed in peccatum: hoc est, ipsa met oratio ita perperam acta peccatum est, ob irreverentiam nimis, qua sic orans cum Deo agit, quo cum quisquis agit, reverenter agere debet. Et n. erit.

In Patr. *Vt sint, ait Dominus, oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Ubi cor Dei, oculi Dei, num sunt oculi tui, cor tuum?*

**C**onuicere deliciis dissolveris, filia vagans? *Ierem. 31. quis mulier circundabit virum, hoc est, regnus presentem animalia ipsum Deum, quod vagaris, cùm hic plicem.*

Interiora jure perpetuo debentur Deo.

O te miserum, qui jure perpetuo te offeras, dedisque mundo, rebus! &c.

*Dabit cor suum in similitudinem pictura* *Eccles. 38.2.8.*  
(quæ non habet nisi exteriorem partem.)

*Invenit servus tuus cor suum, ut oraret.* *1. Reg. 7.*  
Nos nondum invenimus cor abscondi-

**D**atum in pulvere mundanarum curarum, vel adhuc foris est, & vagatur.

Si Sponsa, ait Aug. vel dormiens oculis, corde vigilabat; qui fieret Sponsus ut vigilet oculis, & dormiat corde, aut forte oculis, & corde dormiat?

**E** De Anna in 1. Reg. *Cum illa multiplicaret preces, inquit Chrysost. sed non omnes in conspectu Domini. Et ponderat, quod non solum in templo materialiter, corporaliterq; orabat, ut plerique, sed in conspectu Domini, coram Domino, hoc est, roto spiritu, totaq; mentis recollectione, non*

*Orandum in conspectu Domini.* Et videantur adesse solo corpore, non spiritu. Omnes quidem oramus, inquit Chrysost. sed non omnes in conspectu Domini. Etenim cùm corpore in terrâ prostrato, & ore frustâ delirante, mens ubiq; per dominum, ac forum circum vagatur, quo ore talis posset dicere, quod oraverit in conspectu

*Oratio instanti fit peccatum.*

*Psalm. 103.*

*2. Paral. 7.*

*Deus praesens*

*coligit tibi in eo tabernaculo, in cibis ho- præsentem ani-*

*mo vult sup-*

*habeas collectum Deum?*

*Levit. 3.*

*1. Reg. 7.*

*Cant. 5.*

*D. Aug. l. de*

*orat. Domini.*

*1. Reg. 1.*

*Chrys. hom.*

*de fide Ann.*